

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Der Landes-Fürst in Rostock, Aus Macht- und Gnaden-Briefen der Drey- und Vierzehenden Jahrhunderten, Gegen die unnatürliche Verläugnung des dasigen erbunterthänigen Stadt-Raths behauptet

Ditmar, Gottfried Rudolf von

Wien, 1762

VD18 90521897

Urkunden. Vom Jahr 1190 bis 1374.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10611

Urkunden

Vom Jahr 1190 bis 1374.

Num. I.



Num. I.

Diploma Nicolai de Rostock, wodurch er dem Kloster Dobberan unter andern die Freyheit, auf den Rostock'schen Märkten zu kaufen und zu verkaufen, ohne Abgaben und Zoll, einräumet, d. d. VI. Idus Aprilis (Den 8. April.) Anno 1196.

Ego Nicolaus, dei gratia Slavorum princeps ex quo principatum in Slavia suscepi semper pro securitate ac quiete fratrum in doberan laboravi. Vnde homines meos habentes podacam meam id est argentum ad defendendum ipsos in uillis eorum posui. Et idem argentum atque seruicium quod mihi debebatur fratribus impendi iussi, inter quos Junus nomine dalie duas marcas alter niuar unam debebat. Constitui etiam cum nepote meo burowane ut quisquis in terra dicionis nostre inuentus fuisset qui furto uel latrocinio aut in alio nocuisset ipsis fratribus si negaret per nouem uomeres igni tot examinaretur. Si homines de domo sua uel teutonici in uillis eorum fuerint dampnum perpeffi per ferrum manuale iudicentur. Concessi insuper eisdem fratribus quatinus emant libere uel uendant in foro nostro absque teloneo. Homines autem illorum qui sunt negociatores, pellifices, sutores, mercatores uel aliarum artium ut habeant necessitatem cotidie uendendi aut emendi, dent ad annum sex denarios & de cetero absque teloneo negocientur in foro nostro. Insuper teloneum in captura allec. & applicationem naujum, nec non & omnem prouentum maris quod in aquilonari parte abbacie situm est, Incipiens ipsius maris terminus in oriente contra terminum wilsne, & extendens se in occidentem contra terminum qui dicitur dobimerigorca, perpetuo condonari possidendum. Datum Rostock. VI. idus. aprilis. Anno ab incarnatione domini. M. C. X. C. Indictione VII.



Num. 2.

Borvini Herrn zu Rostock und seiner Söhne Hinrici
und Nicolai Fundations-Brief der Stadt Rostock d. d. 8.

Kalend. Julii. (24. Junij) 1218.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis, *Borwinus Dominus Magnopolensis*, omnibus presentem paginam visuris in perpetuum. Notum sit omnibus Christi, nostrisque fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Borwinus nec non filii mei dilectissimi Hinricus fidelicet ac Nicolaus *tam nostram quam heredum nostrorum nunc & in futuris utilitatem procurantes Rostock oppidum* diuina prosperante clementia delegimus construendum. *Vt vero predicti loci excultores eum securius appetentes, pace firma, Libertate fulciantur omnimoda* tam presentes quam futuros. In edificiis, arcibus, terris cultis, & incultis, agris, campis, pratis, pascuis, sylvis, piscationibus, venationibus, aquis, aquarumque discursionibus, viis, & inuis, exitibus & reatibus *omnimoda in Iurisdictione nostra Tbelonii exemptione, Lubecensis ciuitatis iuris beneficio habito nunc & habendo, stabilientes confirmamus.* Ut itaque *nostrae Donationis auctoritas*, in futuris temporibus firmiter ac stabilius habeatur. *dominationis nostrae maioribus, tam Sclauis quam Theutonicis presentibus.* Episcopo nostro Brunwardo videlicet, viro religiosissimo interposito Thetlevo de Marlove, Jordano, Hermanno capellano, Zlauteig, Janicke, Hinrico Gamma, Wartis Johanne de Snackenburgk, Rauhino, Henrico Grubone, Hugone Abbate de Doberan, uniuersalique conuentu ibidem, Stephano Sacerdote, Dummemaro, Pribolo, Bitzprae, Thoma, Aluerico praeposito, Hermanno de Rodenbecke, Henrico Holzato, Nacono, Janicke Gertmeritz, Wentzlawo, Magistro Woltero de Buckoe, eiusdem oppidi Consulibus, Henrico Fabero Henrico Pramule, Hermanno Rudolfo, Ludero Bertrammo, Wizelo, Lamberto Bodone Henrico Lantst. Hanc cartam inde conscriptam mandato nostro ut infra videtur corroborantes. Sigilli nostri munimine iussimus insigniri. Datum VIII. Kalend. Julij Anno ab incarnatione Domini MCCXVIII, Indictione V. Epacta XI. Concurrente VI.

Num. 3.

Borvini Herrn zu Rostock Confirmatio des der
Stadt Rostock im Jahr 1218. erteilten Foundation-Briefes, it.
Kauf- und Schenkungs-Brief über den Gebrauch des Lübschen Rechts, eines Waldes,
des freyen Commercii wegen des Strand-Rechts und der Fischerey. d. d. VIII. Ka-
lend. Aprilis (ist der 25ste Martii.) an. 1252. Indict. X.

Epacta VII. Concurrente primo.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis Borwinus Dei gracia dominus de Rostoc omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus imperpetuum. Gestis hominum plerumque ambiguitatis scrupulus aboleret si non perhenni litterarum testimonio fulcitur.

Nove-

Noverint igitur tam presentes quam futuri avum nostrum beate memorie dominum Borwini-
num, civitatem Rozstock filiorum suorum consilio mediante primitus condidisse, quam in
hunc modum firmitate sui privilegii stabilivit.

Insertum hic est de verbo ad verbum Diploma de anno 1218.

Nos itaque consimili affectu immo per ampliori prelibate civitatis nostre inhabitatorum,
quod commodo & utilitati paterna sollicitudine providere curantes omnem iusticiam
& integram iuris conservanciam lubicensis quam a nostris progenitoribus hactenus tenuerunt ip-
sis libenti animo irrefragabiliter indulgemus. Ceterum universitas civitatis nostre Rozstoc
silvam quandam cum fundo pro CCCCL. marcis denariorum a nobis rationabiliter compa-
rauit, cujus termini taliter extenduntur, de villa heinrici habente XX mansos usque ad in-
dagine[m] monachorum que viginti mansos & non amplius in suis terminis optinebit, de
hinc usque ad indagine[m] volquini XI. mansos per omnia continentem, postea vero directe
per viam que ducit Ribenitz usque ad locum, ubi quondam Willelhelmus Vulebresne fuerat
interfectus, deinde Zarnestrome per iter gramineum ex transverso quo usque tandem ad
maris litora veniatur. Sicque secus marinum litus usque ad orientalem ripam siue ad aquam
fluminis warnemunde cum omni utilitate videlicet paschuis, pratis, lignis, terris, aquis,
aquarumve decursibus infra dictos terminos constitutis *exceptis porcis nostris tantummodo
inhiberi depascendis* & VIII. mansis apud Zarnestrom allodio monachorum de doberan per no-
stram gratiam deputatis. Preterea si quid litigii siue rixe in eisdem finibus exortum fue-
rit nobis duas partes de pena iudicii reservando, *ipsis partem tertiam indulgemus*. Si vero
in portu ipsorum casu inopinato quocumque modo navis aliqua collidatur, nobis in ea vet-
eribus attinentibus nihil iuris penitus usurpamus. *Damus etiam cuilibet advenienti & rece-
denti plenariam facultatem adducendi & deducendi quaslibet negociaciones & res generis uni-
versi*, dummodo astricti iuri theloneario erogent quod tenentur. Ad hec omnia a ponte
aquatico proximo ecclesie sancti petri, & sic per allveum fluminis Warnowe usque War-
nemunde, nec non extra portum in marinis fluctibus *eos tanto dotamus beneficio pifecture*,
quantam pte intemperie aeris audeant attemptare. *Volumus insuper ut in omnibus termi-
nis suis qui vulgariter Markesehde vocantur iure gaudeant civitatis*. Ut autem hec donatio
nostra in vigore debite permaneat firmitatis & a nobis siue a nostris heredibus imposterum
non cassetur presentem paginam inde confectam ydoneorum subscriptione testium & sigilli
nostri munimine roboramus. Testes hy aderant clerici Johanny de sancto petro, preposi-
tus amilius de sancta maria, heinricus de sancto iacobo, Milites, Johannes de Scnaken-
burgh, Godefridus dapifer, Johannes aduocatus, Gottanus, Johannes de Bone, Jeorgius de
Jork, Flotinus, Wolderus Gerardus filius dapiferi bretrami, Rotgherus, Heinricus de
Warborch, Dargezlaus, Johannes de Suecia, Segerus, Serezlaus, Consules civitatis, Reym-
bertus, Gerardus lore, herbordus de apeldorbeck, Ludolfus de Lüneburgk, heinricus de
Wittenburgh, Johannes tibbeke, Johann Eyleke, Ludolfus de Warnemunde, Symerus,
Ernestus, Johann Westfalus, Johann de Brünfwich, Conradus de Rödhen, Atoldus Re-
me, Rotgherus, Arnoldus de colonia, Eylardus, Faber, Johann monachus, heinricus
de horsenhufen, Johann de hosterodhe, Thetmarus, Theod; rufus, bernardus niget
&

& alij quam plures clerici & laici qui gestis his personaliter adstiterunt. Datum per manus magistri Conradi VIII Kalend. aprilis anno dominice Incarnationis MCCLIII. Indictione X. Epacta VII, concurrente primo.

Num. 4.

Borvini Domini de Rostock & filiorum ejus Johannis & Woldemari Privilegium der Stadt Rostock ertheilet,
 daß nur ein Rath und Gericht daselbst seyn solle. d. d. quarto decimo Kalend: Julij (ist der 18te Juny) anno 1262.

Borwinus Dominus de Rostoch, Johannes & Waldemar filii ejusdem, omnibus prefens scriptum visuris in perpetuum notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos de consilio fratris nostri Nicolai Domini de Werle & Hinrici iunioris domini de meklenborgh & aliorum vasallorum nostrorum, qui tunc aderant consilio & voluntate domini Johannis magnopolensis postmodum accedente ob dilectionem & fidelitatem dilectorum burgensium nostrorum de Rostoch statuimus & dedimus ut unum consilium sit totius civitatis & judicium, quod prius erat in duo divisum, & ut petitiones nostras nobis singulis annis persoluant, videlicet ducentas & quinquaginta marcarum denariorum eiusdem civitatis monete, ut autem hec ordinatio nostra stabilis & immutabilis permaneat, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione & propinquorum nostrorum perdilectorum & testium inscriptione duximus roborandam. Testes sunt venerabilis princeps & dominus noster Rodolfus Zwerinensis episcopus. Prepositus Amilius Magister hinricus capellanus noster, dominus Godefridus capellanus, domini Nicolai clerici, milites vero, Dominus Gottanus. Dominus Johannes de cropelyn, Dominus Hinricus Dudingh, Dominus thimmo de domeckow. Dominus Johannes de Brunc. Dominus Johannes de Zwerce, Dominus Johannes de Oldenborch, & Dominus Weltingthus frater suus. Dominus Retis, Dominus Suleffeto, Dominus Elerus de Lewetzow, Dominus henricus de Kaland, Dominus Zegere, Dominus Johannes de Swetia. Dominus Ernestus de pentz. Dominus Emeko de cetyne & alii quam plures. Datum Rostoch anno gracie millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, quarto decimo Kalend. Julij.

Num. 5.

Borvini Herrn zu Rostock Privilegium der Stadt Rostock ertheilet, wegen der freyen Mühlen-Fuhr, Schenkung eines Morastes, wie auch wegen der Gerichtbarkeit in dem Hasen und Grenzen der Stadt d. d. Quarto Idus Octobris (ist der 12te Octobr.) anno 1264.

Borwinus Dei gratia Dominus de Rostoc. Vniuersis Christi fidelibus presentem Paginam inspecturis salutem in nomine Jesu Christi. Ne gestarum rerum memoria cum processu temporis euanescat & pereat. Discretorum Virorum providencia solet eam per litteras eternare. Cum igitur dilectos *Burgenses Civitatis nostre Rostoc* afflictos incendio grauiter videmus damna sua quod patientius tollerarent ipsos quibusdam donis gratuitis respicere volebamus. Innotescat igitur tam presentibus, quam futuris, qui nos de bona voluntate, & communi consensu molendinarios nostrorum infra civitatem nostram Rostoc, & in aggere ibidem habitantium vecturam per omnia molendina sua liberam dictis Burgensibus nostris perpetuis temporibus indulgemus, nec non & eosdem molendinarios ut commodius & securius una cum eis habitent eorum civitati subiacere permittimus atque iuri. Ceterum in palude quicquid ad nos pertinere videtur iacente inter aridam & fluvium ex una parte & inter

inter aggerem sancti Clementis & amnem qui decurrit ab amne Bartoldesdorfie ex parte altera eorundem vsibus assignamus. Preterea jura per portum ipsorum in Warnemunde & per omnes terminos dicte ciuitatis nostre versus campum, qui vulgariter marckschede nuncupatur, sepe dictis *Burgensibus nostris damus cum sua utilitate eternaliter possidenda pro eo nos benignis affectibus suis respicientes, auxilium suum contra quoslibet nobis contumelias & gravamina irrogare volentes, ut vero Domino suo de jure tenentur cum beneuolentia ministrabunt. Ut autem hec nostra collatio stabilis permaneat in eternum presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine iussimus roborari. Testes hy aderant. Dominus prepositus Amilius, Dominus Henricus de sancto Jacobo, Dominus Wolterus de sancto Petro & Hinricus Capellanus noster, Clerici. Dominus Helf miles Domini Regis. Dominus Darwislaus, Dominus Wolterus de Conoiwe milites Gilews advocatus noster & alii quam plures. Acta sunt hec Anno Domini Millesimo CC. LXIII. Datum quarto ydus Octobris.*

Num. 6.

Woldemari Domini de Rostock Verordnung,
*Daß der Wall bey dem Bramower Thor niedergerissen, und nicht wieder
 erbauet werden solle, d. d. Sexto Calend. Novembr. (ist der 27te Octobr.)
 anno 1266.*

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Woldemarus Dei gratia Dominus de Rostock, Omnibus presens scriptum intuentibus in Domino salutem & perpetuo robore duraturam, Ratio veritati consona docet, ut acta temporum scriptis & sigillorum appensionibus sic seruemus integra, ne ab aliquibus postmodum incidente calumpnia valeant infirmari. Itaque ad noticiam omnium volumus peruenire, quod nos ad instantiam & dilectionem burgenfium nostrorum in Rostock. habitantium, Vallem apud portam Bramouu, a dilecto patre nostro ad Castrum edificandum inchoatam, propriam intuentes vilitatem, maturo ducti consilio decreuimus penitus destruendam, nec a nobis nec a nostris posteris amplius construendam, Ut hec ergo ordinatio stabilis & firma permaneat, presentem paginam nostri sigilli appensione tradidimus communitam, Hujus rei testes sunt, milites Dominus Gottanus, Dominus Johannes de Zuertze, Dominus Georgius, Dominus Eghardus, de Dechouu, Dominus Hermannus Mustito, Consules vero, Dominus Gherlaus, Thidericus Rufus, Hermannus Albus, Hinricus Scule, Hermannus de Lauue, Conradus de Magdeburgh, Andreas de Casuelde, Hinricus Sapiens, Conradus Paruus, Godefridus Dolcuot, Reynerus, Reynberti, Lutbernus, Hinricus de Butzouu, Vollandus, Ghernandus, Reynoldus de Staden, Thidericus de Grevesmolu. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXVI. Sexto Kalend. Novembris.

Num. 7.

**Woldemari Herrn zu Rostock Privilegium, der
 Stadt Lübeck, wegen der Zoll-Freyheit in der Stadt Rostock und seinen
 übrigen Ländern, wie auch wegen der Schiffbrüchigen Güter, ertheilet
 d. d. XVI. Kalend. Augusti. (den 17. Julii.) anno 1267.**

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. Woldemarus Dei gratia Dominus de Rostock, omnibus presens scriptum intuentibus in Domino salutem. Cum hominem ab initio sue creationis natura liberum formauerit, jus naturale tanquam omnibus aliis prolatum compleri volentes, dare libertatem esse credimus officii pietatis. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos inhabitatoribus civitatis Lubicensis, multis
 b 2 ipforum



ipforum meritis intercedentibus & servitiis plurimis, que nostris progenitoribus impenderunt, quoddam libertatis concessimus donativum, illud videlicet, quod in civitate nostra Rozstock, & in omnibus locis nostre jurisdictionis ab omni exactione & theloneo perpetuo sint exempti, adjicientes hoc, quod si aliquos ex ipsis in terminis nostre terre casu infortuito contigerit naufragari, quicquid de rebus suis salvare poterunt, quieta retineant possessione. Ne autem gratia presentis privilegii a nobis vel a nostris posteris seu ab aliquo cassari valeat aut infringi, hujus schedule scripturam memoratis burgenfibus contulimus, Sigilli nostri munimine roboratam. Hujus rei testes sunt. Nobilis Dominus Witzlavus, princeps Rujanorum, Milites Dominus Gutanus, Dominus Georgius, Dominus Johannes de Zwerzt, Magister Theodericus, Notarius, Domini de Rozstock, Consules ejusdem civitatis Gerhardus Jore, Theodericus Ruffus, Hinricus Adolphi, Hinricus Sapiens, Johannes de Lunenburch, Conradus parvus, Reyneke Reymberti, Arnoldus Copman, & alii quam plures. Datum Rozstock, Anno Domini MCCLXVII, XVI. Kalend. Augusti.

Num. 8.

Diploma vermöge dessen Margaretha verwittibte Königin zu Dänemark mit Consens und freyem Willen Woldemari Herrn zu Rozstock das Kloster zum Heiligen Creutz daselbst gestiftet, d. d. decimo Kalend. mensis Octobr. (den 22. Septemb.) 1270.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Margareta Dei gratia Regina Danorum, Univerfis & singulis presentia visuris seu audituris, salutem in omnium salvatore & rerum gestarum noscere veritatem. Cum ea, que in Dei laudem & divini cultus augmentum rationabiliter ordinantur, non solum debeant ampliari, verum etiam necessarium est, ex literis & sigillis eadem sortiri perpetuitatem. Noscat igitur omnis generacio, non tam presens quam futura, quod quondam labore nostre peregrinationis peracte cum quandam particula de ligno sancte crucis, qua per manum Domini nostri Apostolici, fuimus decenter honorate, attemptavimus terram Danorum navigio pertransire. Et post multorum eversionem monasteriorum per nos enormiter perpetrata disposuimus eadem desolata ac quedam alia in compensum reformare. Tribus igitur vicibus navigatu attemptato, propter periculosissimas semper exortas tempestates, Regionem Danie arripere minime valebamus. Destituta ergo cum omnibus nostris familiaribus omni humano solatio, in solum Deum & beatam Dei genitricem, ac in sanctam crucem nostra vota direximus confidenter, & sic divino auxilio impetrato tranquillo fluctuum meatu super Warnoviam apprehendimus gratulanter. Divina igitur providentia dispositum habens pereunti mundo in omni loco semper providere de remedio salutis opportuno, & ut concepimus ex virtute miraculi, in terra Slavorum monasteria fieri, sic in nobis preordinavit, ut hoc lignum salutiferum nobis tam honorifice donatum ibidem, esset omnibus in refugium patronatus. Nos igitur usa consilio omnium consiliariorum nostrorum, castrum dictum Hunderborgh in monasterium proposuimus ordinasse. Sed ad petitionem discreti viri Domini Hermanni Krudener proconsulis in Lubeck, ac plurimorum honorabilium virorum, ac de plenario consensu & libera voluntate adhibita nostri specialis amici & patrii, Domini nostri Woldemari de Rozstock, monasterium quoddam sanctimonialium intra muros Civitatis Rozstock, in honorem Dei patris omnipotentis, & gloriose virginis Marie, ac in laudem ligni preciosi sancte crucis, & in remissionem peccaminum omnium nostrorum progenitorum fundavimus, situavimus & locavimus, ex tunc fundamus, situamus & locamus, ex nunc cum omni iurium libertate per presentes, ut per personas religiosas ibidem in vinculo caritatis congregatus, divinis solummodo vocando ministeriis laus domini & Salvatoris nostri eo potius amplificetur. Ut autem hec memorata fundatio firma permaneat, & in convulsa, eam presenti scripto, autoritate Domini Woldemari, Domini

de Rostock, ut prefertur, stabilimus, ratificamus, confirmamus, ac cuiusdam nostri sigilli munimine, continentis formam capitis Regine in maiestate sua residentis, firmiter roboramus. Testes hujus sunt Johannes de Snakenborch, Ludovicus Kabolt, Heynricus Fulmen, Johannes de Kropelin, nostri milites prefatus Hermannus Krudener, & alii quam plures nostri Consularii fide digni. Datum & actum Rostock Anno Domini M. C. C. LXX. decimo Calend. mensis Octobris.

Num. 9.

Woldemari Herrn zu Rostock Verkaufungs-Brief
über den Platz des Schlosses Hundesburg mit der Verordnung wie weit
an dem Ufer der Warnow keine Bestung errichtet werden solle.

dd. XII. Kalend. Januar. in die S. Thomæ Apostoli (Mittwoch den 21.
Decembr.) anno 1278.


Woldemarus Dei gratia, Dominus de Rostock, omnibus presens scriptum inspecturis, salutem in perpetuum. Quoniam in breui tempore humana labitur & transit memoria. Inde est, quod ea, que a nobis sunt scriptis authenticis perbennare solemus, ut non solum hominibus presentis temporis nota sint verum etiam ad futurorum memoriam prorogentur. Notum igitur esse volumus uniuersis, tam presentibus quam futuris, Quod nos de nostra matura prouidencia & voluntate libera, nostrorumque fidelium vasallorum consilio, fundum castri nostri Hundesburgh, ita integraliter, sicut nos possedimus, dilectis Burgensibus nostris in Rostock vendidimus in hunc modum. Scilicet ut de ipso absque structura alicujus municionis, ad communem utilitatem predictæ Ciuitatis nostre possint quicquid iisdem magis expediens visum fuerit ordinare. Amplius vero ad maiorem profectum prefate ciuitatis nostre adiciendo vendidimus, Quod a mari & a portu warnemunde sursum, neque a nobis, neque a nostris heredibus aliquod castrum seu municio ex parte utriusque Ripe futuri warnowe edificabitur, que propinqua sit eidem fluuiio per tantum spatium, quantum appellari suetum est, in terra slauie militare. Vt autem hec venditio nostra rite & rationabiliter facta, tam a nobis, quam a nostris successoribus firma & inconuulsa permaneat, presens scriptum cum nominibus testium inde conscribi fecimus, & sigilli nostri munimine roborari. Testes vero qui venditioni huic intererant, sunt hy, Dominus Johannes Molteke, Dominus Gherardus de Rostock, Dominus Reddagus, Dominus Johannes Babbe, Dominus Fredericus de Keredorpe Advocatus noster in Rostock, Dominus Hinricus Kat, miles, Hinrico filio Adolphi, Hinrico sapiente, Alberto Cerdone, Hermanno Albo, Arnolde Reynberti, Ernesto, Hermanno de Bilrebeke, Hinrico de Dannenbergh, Thiderico Subcgn, Johanne de Staden, Bennone Hinrico de Hart, Herdero Hinrico de Radecowe, Reynekone Gherardo de Brema consilio presidentibus, Actum & Datum in ciuitate nostra Rostock, Anno Domini MCCLXXVIII. 12. Kalend. Januarii, in die Beati Thomæ Apostoli per manum Hermannii Notarii.

Num. 10.

Diploma laut dessen Nicolaus Herr zu Rostock den
dasigen Bürgern das Dorf Wendischen-Wick wie auch die Pferde-Wiese
bey Warnemünde und eine Mühle bey dem Juden-Kirchhofe verkauft.

d. d. in die cinerum (den 27. Februar. anno 1286.)

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis, Nicolaus Dei gratia domicellus de Rostock, uniuersis presentes litteras visuris vel auditoris in perpetuum. Gestis hominum plerumque ambiguitatis scrupulus aboleret, si non perbennali literarum testimonio fulcirentur. Notum igitur esse volumus uniuersis Christi fidelibus tam natis quam nascituris nos dilectis nobis burgensibus de Rostock exigentibus eorum deuotis & benignis obsequiis de pleno consensu matris nostre dilectæ Agnetis nec non nostri patruelis Henrici nobilis viri Domini de Werle tutoris nostri ac vasallorum nostrorum pro solutione debitorum patris nostri Woldemari
clare



clare memorie, villam nostram Wendischwic, cum omni utilitate, proprietate, iudicio cum pratis adiacentibus vendidisse. Vallem castri insuper cum prato adiacente & ad damonem molendinorum ascendente cum aliis eorum pascuis, pratis & aquis infra dictos terminos constitutis. Quemadmodum pater noster Woldemarus possedit. Secundum eam formam, qua Rozstock cum campis eorum & pascuis primitus est fundata. Pratum insuper equorum apud Warnemunde, quod eorundem fuerat nec non molendinum proximum cemeterio iudeorum cum piscina & omnibus prouentibus, cum omni utilitate, libere perpetuo possidendum. Ne autem hoc factum nostrum rationabile per processum temporis per nos vel successores nostros aliquatenus immutetur presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine ac sigillorum dilecte matris nostre Agnetis, nec non dilecti patruelis & tutoris nostri nobilis viri Henrici Domini de werle ut infra cernitur duximus roborandum. Hujus rei testes sunt, Johannes babbe, Gberardus de castro, Reddagbus, Johannes Molteke, Hinricus Lupus, Gberardus de Oldendorp, Fredericus de Kerckdorp, Wernerus Jesevitz, Hinricus Norden, Wernerus, Naksecow, Milites, Hinricus Sapiens, Johannes de Lembus, Reinerus filius reynberti, Henricus Friso, Theodoricus Subezin, Wolmarus de Cusveld, Hermannus Lise, Hermannus Exborn, Olerus pannicida, Johannes Rufus, Godscalcus de nova ciuitate, Repnerus cerdo, Albertus de Cusveld, Lambertus in laghesstrate, Thidemannus de Lawe, Marquardus de Ribenitz, Teodoricus Koggemeester, Consules ciuitatis Rozstock & alii viri quam plures fide digni. Actum & datum. Rozstock Anno domini M. CC. LXXXVI. in die cinerum.

Num. II.

Diploma wodurch Nicolaus Herr zu Rostock einent dassigen Bürger Henrich Bernevin die Fischerey auf der Ober-Warnow von Schwaan bis Rostock schenket. d. d. in die beati Vitalis Martiris (Sontags den 28ten April) anno 1308.

Nicolaus Dei gratia Dominus de Rostock, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino, fidele testimonium perhibet scriptura, que posteris inculcat memoriam elidit ignorantiam, roborat veritatem. Volentes autem erga nostros obsequiosos semper esse benefici. Notum facimus tam presentibus, quam futuris quod nos Henrico Bernevin ciui Rostochiensi, dilecto nobis, exigentibus deuotis & benignis obsequiis suis Piscaturam nostram inter Rostock & Sywan, nec non pratum nostrum iuxta Radele situm, quam scilicet piscaturam & pratum Petrus dictus Houeuschere a Patre nostro Woldemaro clare memorie, & postmodum a nobis tenuerat, contulimus liberaliter, sibi & suis iustis heredibus cum omni iure, quemadmodum progenitores nostri ea a retroactis tenuerunt temporibus perpetuo possidenda, & ut hanc donationem nostram & gratiam nullus heredum aut successorum nostrorum infringere valeat presentem chartam dicto Henrico pro se & suis heredibus iustis tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum & datum Rostock Anno Domini MCCCVIII. in die beati Vitalis Martyris.

Num. I2.

Vergleich zwischen dem Magistrat zu Rostock und dem Kloster kleinen Dobbran daselbst, die Jurisdiction, Abgaben und Kriegs-Schäden daselbst zc. betreffend. d. d. Sequenti die beati Gregorii Papa & confessoris gloriosi (Donnerstag den 13ten Martii) anno 1315. worüber Henrich zu Mecklenburg Stargard und Rostock Herr seine Confirmation ertheilet hat. Sub dato. Sequenti die Apostolorum Philippi Jacobi beatorum (Freitag den 2ten Maj) anno 1315.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis Amen. Nos Hinricus dei gracia Magnopolensis stargardie & Rostock dominus vniuersis & singulis presentes litteras nostras intuentibus in perpetuum salutis augmentum & certam veritatis agnitionem. Quia fraudulosa rerum varietas

varietas fluxu temporis humanos actus in obliuionem cecius adduceret nisi priuilegiorum irrefragabili preuentu fuerit caucione. Ut ergo omnis dubii subducta caligine sola veritas lucide se exponat tenore presencium omnibus innotescat: Nos vidisse & audiuisse quandam literam prudencium virorum videlicet Consulum Ciuitatis nostre Rostok vero dicte Ciuitatis sigillo sigillatam incorruptam illesam sanam & integram omnique prorsus suspencionis vicio carentem cuius tenor de verbo ad verbum fuit & est talis: Nos proconsules ac consules ciuitatis rostok ad vniuersorum & singulorum noticiam deducere cupientes. Tenore presencium recognoscimus ac lucide protestamur: Nos per certas literas quas vidimus & audiimus sufficienter fore instructos: Quod curia venerabilium & Religiosorum virorum dominorum Abbatis & Conuentus monasterii in dobberan intra muros nostre Ciuitatis situata que minor dobberan vulgariter appellatur ab omni secularis & ciuilibus Juris impetitione & potestate totaliter immunis sit & exempta Cuius rei obseruancia non solum literatoria caucione verum etiam per consuetudinem approbatam ac legitime prescriptam adeo processit in usum communem quod nullus nostrum contrarium eius se recordatur unquam audiuisse. Sed quia litere super hoc confecte iam quasi vetustate consumpte erant Idem religiosi viri nobis supplicarunt ut pro maiori conseruacione Juris eorum dictum monasterium nouis literis duntaxat tenori priorum literarum consonis communitate dignarenur. Nos vero quia commodum & profectum dicti monasterii merito teneamur anbelare ad voluntatem & consensum principum & dominorum nostrorum quemadmodum prius eis datum & concessum exsisterat de nouo damus & concedimus religiosi ante dictis ut predicta curia minor dobberan omni emunitate ecclesiastica & canonica gaudeat libertate qua cimiteria & alia loca deo sacrata gaudere consueuerunt Ita ut etiam cuiuslibet criminis rei ad eam suge refugio confugentes ab ea minime extrahi valeant per potenciam manus violente Sed quod omne Iudicium supremum & infimum manus pariter & colli intra limites supradicte curie prout hucusque possederunt pacifice & nulla eis contradiccione obuiante denique etiam possidebunt omne quod in ea questionis exortu fuerit per se iudicantes: Et quod idem religiosi vel si etiam seculares aut laici ipsam curiam de fauore dicti monasterii inhabitauerint ad conuentus forenses burgiloquia vel quelibet nostre ciuitatis edicta nequaquam possint euocari sed nec ad exstruccionem poncium aggerum fissatorum nec ad vigilias nocturnas seu custodias valuarum portarum sortalicionum uel murorum aliquod subsidium nec tallie que schot communiter nuncupantur ab eis ualeant exposci seu extorqueri sed quod pro hiis omnibus, in vigilia beati Martinj episcopi unam marcam vsualis monete sicid hactenus inconcusse seruatum est nobis erogabunt. Preterea quod idem religiosi antedicti & hii qui predictam curiam pro tempore inhabitauerint, vendere, emere, negociari ac omnia facere bene possint: que Ciuibus & incolis nostre Ciuitatis in nostra ciuitate licebunt: dictor que inhabitatores predictae curie & omnes alios dicti monasterij religiosos, cum eorum familia tanquam nostros conciuies tenebimur & volumus defensare. Et quod eandem curiam reparandi & iuxta proprie voluntatis arbitrium edificia in ea erigendi habeant facultatem que tamen probabiliter non cedant in periculum nostre ciuitatis manifestum. Istis supra scriptis sic in ipsorum literis contentis ut diuersitatem literarum eitemus ea que sequuntur presentibus duximus inserenda: Quoniam Idem monasterium ratione quorundam dampnorum ei per nos seu antecessores nostros consules ac quosdam de conciuibus nostre ciuitatis dudum gwerra inter nos & dominum hinricum principem magnopolensem & quosdam militares versabatur in bonis & uillis ipsius illatorum: nos Religiosi viri ejusdem monasterij iudicialiter traxerunt in causam: & tandem per placita honorabilium virorum amicabilem compositione interueniente in emendam & refusionem ipsorum dampnorum que ad quatuor millia marcarum taxabantur dicta monasterio indulsumus ut ipsius religiosi viri ac eorum serui familiares & currus grangiarum ac bona in eis deuecta dum nostram ciuitatem visitauerint nullo conductu uel securacione indigeant Sed quod per neminem propter debita uel alias causas infra terminos dicionis nostre valeant arrestari vel aliter quocunque modo inbrigari: Si vero successoribus nostris consilibus in Rostok ea que per premissa in recompensam resudimus displicuerint ex tunc cum eisdem Religiosis super jam dictis dampnis tenentur amicabiliter concordare. In quorum omnium & singulorum euidentis testimonium ut premissa omnia fugiter firmata maneant manus sigillum nostre ciuitatis presentibus literis nostris inde confectis duximus appendendum Datum Rostok anno domini Milleesimo Tricentesimo quinto decimo sequenti die beati gregorii Pape & Confessoris gloriosi: Nos vero quia super premissarum literarum singulis articulis consulti fuimus



& requisiti & quamuis per cancellarium nostrum huiusmodi compositioni non defuimus aliis tamen negociis implicati pro tunc personaliter premissis non potuimus interesse. Ne ergo propter nostram absenciam ea que premissa sunt contradiccioni essent obnoxia in futurum Igitur quia iudicij supremj concessio & alia in supra scripta litera contenta que nos quomodolibet concernere videbuntur tenore presentium ratificamus approbamus & confirmamus: In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum: *Testes huius rei sunt Milites Mathias execow Georgius hazencow Reimarus de wedele hinricus thun & plures alii fide digni Datum Rostok Anno dominj Millesimo Tricentesimo quinto decimo sequenti die Apostolorum Philippi Jacobi Beatorum.*

Num. 13.

Henrich, Herr zu Mecklenburg verkauft der Stadt Rostock das Haus und den Thurm zu Warnemünde, und bestätigt ihre Privilegia. d. d. Freitags nach S. Mauritius Tage (ist der 24 Septembr.) anno 1322.

Wy Hinrich von Godes Gnaden, Her tho Mecklenborch un to Stargarden bekennen und thughen in desen openen Breue, dat Wi den erastregheit be dreuen Mannen unsern Rath Mannen unde der menen Stad to Rozstock vercoft hebben dat Huesz un den Thoren tho Warnemünde, also dat sy dat brucken scholen, wolden se dar einich Man um bewerren na oder vern, desch hole Wi en bistan in allen Sacken oc nun schölen Wi us nicht sonen mit dem eddelen Vorsten unserm Herrn dem Könige von Dennemarken wy en scholen de vorbenomende Rathmanen un de Stad to Rozstock bededinghen in der Sone. Vortmer so scholen de ergenommenen Ratman un de Stad to rozstock bliuen by allen deme Rechte, dat se von aller eyt gehat hebben dat moghen Wy unde unse erven en becheren und nicht ergeren. Vortmer so scholl alle dat to der herschop höret, bi us und unsern erven bliuen. Dieffer sacker sind tughn die edele her Grave Suncel von Zwerin Use Om, her Johan Rosendal van Plehzen unde sin broder, er reymer van Plese, er Wiperte Lutzow Use Marschall, er johan vn er Gedecke van Bulowe, er Bartold Pren, er Gotschall van Barnekowe, er Conrad perrer to Gadebus use capelan unde andere vele bederuer lüde Papen und leyen, dat alle desse dinge also sin und stad biewen, des hebben Wy unse Ingesegel ver dessen Bref gehenger lathen. Disse Bref is gegeben na Gadesbord dusend Jahr dre hundert jar in deme twe und twintigsten jar des vriedags na sunte Mauricius dage und siener Selleschop. in Use Stad to Gadebus.

Num. 14.

Henrich Herrn zu Mecklenburg Versicherung der Stadt Rostock ertheilet, daß er nicht eher mit Christophoro Könige in Dänemark sich vergleichen wolle, es sey denn die Stadt Rostock mit einbegriffen und deren Privilegia von besagtem Könige bestätigt worden. d. d. feria sexta ante Judica Dominicam (Freitags den 11. Martii) anno 1323.

Universis christi fidelibus presentia visuris vel audituris. Henricus dei gratia magnopolensis, & stargard: dominus salutem & sub scriptorum noscere veritatem recognoscimus tenore presentium lucide protestantes. Nos maturo perhabito consilio, cum discretis viris nobis sincere dilectis consulibus nostris in rostock consulisse & concorditer promississe. quod cum principe glorioso, Christophoro, danorum slavorumque rege. compositionem inire non debemus nisi ciuitas Rostoc, nostris sit placitis inclusa. Insuper ordinare debemus, quod dicte ciuitati Rostoc omnia priuilegia tam ciuitati quam singularibus personis per nos tradita, nec non libertates & proprietates ipsis per nos collate firmiter a dicto

a dicto domino rege danorum & integraliter obseruentur. Testes huius rei sunt Matthias de axecowe. Martinus de huda. Wypertus lutzow. Godscalcus & Bertoldus pren. Henricus de barnekowe. Loferus. Hermannus de wokenstede. Johannes de plesse, milites. Hinricus de Bulowe. Hinricus bonsack. Thidericus clawe, armigeri. Odbertus. Arnoldus copman. Johannes pape de antiqua ciuitate. Thidericus friso. gherwinus wilde. gherhardus de Lawe. Hermannus Wokrente. Lodewicus cruse. Johann pape. Thomas voghe. Ludewicus de godlandia. Nicolaus de Kiritz. Engelberdus de bomgarden. Consules in Rozstok & alii quam plures fide digni. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Rozstok Anno Domini M. trecentesimo vicesimo tercio feria sexta ante iudica dominicam.

Num. 15.

Henrich Herrn zu Mecklenburg Bestätigung über die Rostocker Hende, Ueberlassung des Fleckens Warnemunde und der Fischerey in der See d. d. feria sexta ante Iudica Dominicam (Freitag) den 11ten Martii anno 1323.

In nomine Domini amen. Omnibus presens scriptum cernentibus, Hinricus Dei gracia, Magnopolensis & stargardie Dominus, salutem in domino sempiternam. Cum gesta temporalia literarum finibus & professione testium, non recondita citius evanescaut, expedit eorum transitum litterarum serie & idoneitate testium restenari. Unde ad noticiam tam futurorum quam presentium lucide volumus pervenire, nos dilectis nobis consulibus & uniuersitati in Rostock Syluam quandam quam primitus a Domino Boruino, Domino Magnopolensi comparauerant, cum omni proprietate, iudicio supremo, & imo, nec non utilitate qualibet sicut ad Dominum Rostochiensem spectauerat, maturo prehabito consilio nostrorum fidelium, accedente nihilominus nostrum heredum consensu, liberaliter contulisse, cuius sylae termini taliter distinguuntur; de villa videlicet Henrici, habente viginti mansos, a quorum distinctionibus usque ad indaginem monachorum, que viginti mansos in suis terminis & non amplius obtinebit. de hinc usque ad indaginem volquini, undecim mansos per omnia continentem. Postea vero directe per viam, que ducit Ribbenitz usque ad locum, ubi quondam Wilhelm Wulbrefne fuerat interfectus. Deinde Zarnestrom per iter gramineum ex transverso quousque tandem ad maris littora veniatur. Sicque secus marinum litus usque ad orientalem ripam; sive ad aquam fluminis Warnowe, cum utilitate videlicet pascuis, pratis, lignis, terris, aquis aquarumve decursibus infra dictos terminos constitutis. Preterea trans fluvium Warnowe predictis consulibus & communitati, Villam Warnemunde cum proprietate, fundo & Iudicio quolibet Majori & minori, jure patronatus nobis & nostris heredibus in eadem reseruato, usque ad terminos ville Diderickshagen prout in latum & longum pertenditur, contulimus & presentibus conferimus perpetuo possidendam, ita quod in predictis pleno Jure gaudeant Lubecensi. In super in marinis fluctibus inter Zarnestrom & Diderkeshagen eos tanto dotamus beneficio piscature, quantum pro intempetie aeris & corporis periculo audeant attemptare. Ut autem omnia & singula prelibata perpetuo gaudeant firmitatis robore, presentes nostri sigilli munimine dedimus roboratas. Testes huius sunt facti, Matthias de axekow, Martinus de huda, Wipertus de Lutzow, nostre curie Marscalcus Godscalcus & Bertoldus Pren, Loferus, Henricus de Bernekou, Hermannus de Wokenstede & Johannes de Plesse milites, Hinricus de Bulou, Hinricus Bonsack & Thidericus Clawe, armigeri, Odbertus & Arnoldus copman, Johannes pape. de antiqua Ciuitate, Thidericus Friso, Gherwinus Wilke, Gherwinus de Lawe, Hermannus de Wokrente, Ludewicus Cruse, Johannes Pape, Thomas Voghe, Ludeke de Godland, Nicolaus de Kyritz, Engelbertus de Pomerio, Consules in Rostock, cum pluribus aliis fide dignis. Datum & actum Rostock, Anno Inarnationis Domini, Millesimo, trecentesimo vigesimo tertio, feria sexta ante Iudica, Dominica proxima tunc in profestis beati Gregorii Pape.

Num. 16.

Henrich Herrn von Mecklenburg Bestättigung der Rostockischen Privilegien, nach der ihm von der Stadt geleisteten Huldigung, wie auch die Fürstliche Münze und Unterlassung eines Bestungs-Baues zwischen Warnemünde und Rostock binnen einer Meile von Rostock, betreffend.

d. d. Sabbato post Octavas corporis Christi (Sonnabend am 4ten Juny) 1323.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit. Henricus Dei gracia, Magnopolensis & Stargardie Dominus, Salutem in Domino sempiternam, ad perpetuam cunctorum presentium & futurorum notitiam cupimus pervenire, recognoscentes tenore presentium & publice protestantes, quod cum dilectissimi nobis Consules & universitas Ciuitatis Rostock, ad mandatum Domini nostri karissimi magnifici principis Domini, Christofori Danorum Slauorumque Regis, nobis & nostris heredibus homagium fidelitatis & huldiam legitime fecerint, Nos ipsorum benevolentie respondere volentes, ipsis & eorum successoribus in perpetuum, *per presentes concedimus omnes libertates & proprietates, tam intra quam extra Ciuitatem, ac integritatem iuris Lubicensis, prout eisdem a prima fundatione ciuitatis hactenus sunt gauisi. Omnia priuilegia predictae ciuitati per nos tradita inuiolabiliter seruaturi. Et si qua priuilegia ipsis a quibuscunque Dominis, antecessoribus nostris super bonis suis, ubicunqua locorum sitis data, vetustate consunta sunt, ipsis tenebimur huius modi renouare. Adicietes quod monetam nostram in ipsa Ciuitate habeant, & de nostro consensu ac scitu custodiant, & nusquam alias in terris nostris in locis inconsuetis denarii fabricentur. Preterea cum redditus & prouentus Molendinorum ibidem ad nos de iure pertineant, ipsos molendinarios in iure suo & nostro defendere volumus, Et ab impetitione domini nostri Episcopi Zuerinensis in quantum possumus disbrigare. Nulla etiam Munitio infra Rostoch & Warnemunde, aut alias circa fluuium Warnouu ad spacium unius miliaris a Rostoch, per nos, aut per aliquos nostro nomine debet construi. Et si quis huius modi construere niteretur, nos defendere tenebimur, & fideliter prohibere. Insuper eisdem promittimus, quod si dominus noster rex Danorum predictus, aliquas literas sibi, vel antecessoribus suis a Ciuitate predicta super resignatione, terre & Ciuitatis Rostoch traditas, reseruasset, restitutionem vel resignationem, seu Cassacionem illarum, ipsis pro nostro posse procurabimus, Et si aliqua indignatio contra ipsos moueat, illam in quantum possumus tollere volumus, & fideliter mitigare. Promoturi eosdem totis fide & uiribus, quod in Scania, & alias in regno Danie eis iuribus & libertatibus gaudeant, quibus gauisi sunt ab antiquo. In premissorum testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes huius rei sunt Venerabilis pater ac Dominus noster Dominus Johannes Episcopus Zuerinensis, Dominus Hinricus comes ibidem, vir nobilis Auunculus noster dilectus, nec non Wypertus Lutzouu, noster marscalcus, Georgius Hafencop, Matthias de Axekouu, Albertus de Clepirk, Wedekinus de plote, Otto Valkenbergh, Bertoldus pren, & Johannes de Krochern, milites cum aliis quam pluribus fide dignis, Actum & datum in predicta Ciuitate Rozstoch, Anno Domini Millesimo CCC. XXIII. Sabbato post octauas Corporis Christi.*

Num. 17.

Henrici Herrn von Mecklenburg Confirmatio der, der Stadt Rostock von den Burewinen in dem Jahre 1218. und 1252. ertheilten Privilegiorum d. d. Sabbato post festum sancti Jacobi Apostoli (Sonnabend am 27ten Julij) anno 1325.

Henicus Dei gratia Magnopolensis, Stargardensis ac Rostocensis Dominus uniuersis Christi fidelibus presentia uisuris & audituris. Salutem in Domino Sempiternam Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, nos uidisse ac

audi-

audiuisse priuilegium quoddam sub vero sigillo Nobilis domini Borwini quondam Domini de Rostock quod licet uetustate consumtum, tamen perfectum & integrum ac lucide legi poterat in hec uerba:

Inserta sunt Diplomata sub Num. 2. & 3. de ann. 1218. & 1252.

Nos itaque commodum & profectum dicte ciuitatis Rostock ampliori affectu diligentes omnia prelibata ipsis innovamus & tenore presentium confirmamus. In quorum premissorum testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Huius rei testes sunt Martinus de Huda, Matthias de Aexkowe, Wipertus de Lyzow, marscalcus, Gotfriedus de Bylowe, Reimarus & Johannes de Plessé. Volradus Smecker & Henricus de Barnecowe aduocatus milites Theodericus Clawe & Henricus Bonsac. Armigeri nostri fideles, cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum Warnemunde Anno Domini MCCC. uicesimo quinto Sabbato post festum sancti Jacobi Apostoli.

Num 18.

Henrici Herrn von Mecklenburg Bestätigung des von Burwino Anno 1264. wegen der freyen Mühlen juhr 2c. 2c. der Stadt Rostock ertheilten Priuilegii. Sabbato proximo post festum sancti Jacobi Apostoli. (Sonabend den 27ten July) anno 1325.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis amen. Henricus Dei gratia Magnopolensis Stargardensis ac Rostock Dominus, uniuersis Christi fidelibus presens scriptum uisuris seu audituris salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus presentibus lucide protestantes, nos uidisse & audiuisse priuilegium quoddam Consulibus ac uniuersitati Civitatis Rostoch traditum sub sigillo Domini Borwini Domini de Rostoch quondam, quod licet uetustate consumtum, tamen perfecte legi poterat in hec uerba:

Insertum est Diploma sub Num. 5. de anno 1264.

Cum itaque nostra nunc interst, ut dictis nostris Consulibus ac Uniuersitati Rostoch. Priuilegia ipsorum ab Antecessoribus nostris ipsis tradita innovare teneamur, presens Priuilegium ipsis innovamus & sigilli nostri appensione ut cernitur confirmamus. Huius rei testes sunt, Martinus de Huda, Matthias de Aexkowe, Gottfridus de Bulowe, Wipertus de Lutzow Marscalcus, Kemarus & Johannes de Plessé, Volradus Smecker, Henricus de Blucher & Henricus de Barnekowe, Advocatus, milites Didericus Clawe & Hinricus Bonsack, armigeri nostri fideles cum aliis pluribus fide dignis. Datum Warnemunde Anno Domini Millefimo CCC. uicesimo quinto Sabbato post festum sancti Jacobi Apostoli.


Num. 19.

Henrici Herrn zu Mecklenburg Bestätigung der, von Woldemaro der Stadt Rostock, wegen Destruction des Walles bey dem Bramower Thor im Jahr 1266. ertheilten Versicherung d. d. sabbato proximo post festum S. Jacobi Apostoli (Sonabend den 27ten Julij) anno 1325.

In nomine Domini amen. Uniuersis Christi fidelibus presentes literas intuentibus Henricus Dei gratia Magnopolensis Stargardensis & Rostoch Dominus salutem in Domino sempiternam. Noverint uniuersi tam presentes, quam futuri, quod dilecti Consules Civitatis nostre Rostoch nobis quasdam literas sub ueris sigillis obtulerunt, licet uetustate consumtas, tamen lucide legi poterant, in hec uerba:

Insertum est priuilegium sub Num. 6. de anno 1266.

Nos igitur Henricus Magnopolensis Stargard & Rostoch Dominus suprascriptus, cum nostris interst inueterata priuilegia dicte Civitatis non infringere, sed confirmatione stabili innovare,



novate, literas supra scriptas ex certa scientia nostra ratificando, tenore presentium innovamus, quibus sigillum nostrum in testimonium est appensum. Testes sunt Martinus de Huda, Matthias de Axekow, Wipertus de Lutzow, Godefridus de Bulow, Reimarus & Johannes de Pleffe, Volradus Smeket, Hinricus de Blucher & Hinricus de Barnekow, milites, Thidericus Clawe & Hinricus Bonensack, armigeri fideles nostri cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum Warnemunde Anno Domini millesimo CCC. vicesimo quinto Sabbato proximo post festum sancti Jacobi Apostoli.

Num. 20.

Henrici Herrn zu Mecklenburg confirmatio über den Kauf-Brief der von Woldemaro im Jahr 1278. der Rostockschen Bürgerschaft überlassenen Grundstücke des Schlosses Hundesburg d. d. Sabbato post festum beati Jacobi (Sonabend den 27ten Julij) anno 1325.

In nomine Domini, amen. Henricus Dei gratia Magnopolensis, Stargardie, & Rostok Dominus, Universis Christi fidelibus, presens scriptum visuris seu audituris salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus presentibus lucide protestantes, Nos vidisse & audivisse Privilegium quoddam, Consulibus ac Universitati Ciuitatis Rostock traditum, sub sigillo Domini Woldemari, Domini de Rostock quondam, quod, licet vetustate consumtum, tamen perfecte legi poterat in hec verba:

Insertum est Diploma sub Num. 9. de anno 1278.

Cum itaque nostra nunc interfit, ut dictis nostris Consulibus, Privilegia ipsorum ab Antecessoribus nostris ipsis tradita, innovare teneamur, presens privilegium ipsis innovamus, & Sigilli Nostri appensione confirmamus. Hujus rei testes sunt Martinus de Huda, Mathias de Naxekowe, Godefridus de Bylowe, Wipertus de Lutzowe, Marechalcus, Reimarus & Johannes de Pleffe, Volradus Smeket, Henricus de Bluchgeren, & Henricus de Barnekowe, Advocatus, Milites, Thidericus Clawe, & Henricus Bonensack, Armigeri nostri fideles, cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum Warnemunde Anno Domini MCCCXXV. Sabbato, post festum beati Jacobi.

Num. 21.

Henrici Herrn zu Mecklenburg Urkunde, vermöge welcher er der Stadt Rostock seine dasige Münze für 1000. Mark erblich überlässet, cum adjuncto: daß in der ganzen Rostockschen Herrschaft ausserhalb Rostock keine denarien sollen gemünzet werden. d. d. die beate Lucie virginis gloriose (Freytags den 13ten Decembr.) anno 1325.

In nomine Domini, amen. Henricus Dei gratia Magnopolensis, Stargardt ac Rostock Dominus, universis Christi fidelibus presens scriptum visuris, seu audituris, salutem in Domino sempiternam. Quia civitatis nostra Rostock, & totum dominium Rostochiense non modicum gravati fuerant ex eo, quod propter pluralitatem monetarum denarii Slavicales multi depravati fuerunt, nos necessitatem civitatis nostre predicte & totius terre domini nostri ejusdem intuentes vendidimus rationabiliter ac dimisimus penitus cum consensu nostrorum heredum predictorum, ac nostrorum fidelium militum ac vasallorum consilio dilectis nobis consulibus, ac universitati civitatis nostre Rostock monetam nostram ibidem pro mille uarcis denariorum usualium nobis integraliter persolutis, cum omni fructu & utilitate, cum campsuris ac libertate, & cum omnibus aliis attinentiis ad ipsam spectantibus, temporibus perpetuis iure hereditario obtinendam, & ad usus suos & civitatis nostre prefate, ac totius terre nostre Rostock plenarie disponendam. Volentes nihilominus, quod dicti nostri Consules per primum annum a festo Epiphanie proximo numerandum denarios fabricari faciant, quorum sex

marce

marce numerate unam marcā argenti puri obtineant in examine. Deinde per secundum annum denarios fabricari faciant, quorum quinque marce numerate unam marcā argenti puri obtineant, & ex tunc in anno tertio ac deinceps in perpetuum denarios fabricari faciant, quorum quatuor marce cum dimidia numerate unam marcā argenti puri obtineant in examine. Dicitam ipsam monetam cum campuris & aliis premissis articulis absque metu ac vara qualibet perpetuo observabunt, ac cum ipsa moneta dimittendi ac faciendi plenam habebunt juxta tenorem presentium, facultatem. Adjicientes etiam, quod nusquam locorum extra civitatem nostram Rostoch, in districtu domini nostri Rostoch, utpote in Ribenitze, Marlow, Sulza, Tessin, Cropelin, Warnemunde, in villis vel advocatiis, aut in terminis earundem civitatum vel oppidorum, & generaliter in omnibus locis dicti domini nostri Rostochiensis unquam denarii de cetero debeant fabricari. Sed denarii in Rostoch fabricati, juxta tenorem premissum dativi ubicunque locorum, per totum dominium nostrum Rostochiensium predictum debeant recipi, absque nostra nostrorumque heredum & successorum ac cujuslibet hominis contradictione. Insuper si quisdam malitiose, de quocunque esset dominio, malos & falsos in civitatem nostram Rostoch apportaret denarios, & illos sub specie denariorum in Rostoch fabricatorum, erogare niteretur, & in hoc in dicta civitate nostra Rostoch, aut ipsius proprietate deprehenderetur, manifeste super illos judicari debeat, prout ipsorum ius exigit Lubecense. Preterea quicunque ex aliorum dominorum terris aut dominiis alienos denarios communiter ibidem currentes, dummodo non sint falsi, in civitatem nostram Rostoch apportaret sepe dictam, hi recipi debent inibi, secundum suum valorem. In quorum omnium & singulorum premissorum evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes hujus rei sunt. Otto de Jorek, pincerna, Jwang de Rettichstorf, Gevehardus de Dolla, milites, Rodgerus Capellanus & Nicolaus de Helpe de coquinarius nostri fideles, cum aliis quam plurimis fide dignis. Datum Stargard, Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, in die beati Lucie virginis gloriose.

Num. 22.

Henrici Herrn zu Mecklenburg Urkunde, wodurch er Johann Rhoden einem Rostockschen Bürger-Meister die Fischerey auf der Warnow zwischen Rostock und Schwaan für 1000 Mark erblich überlässt.
d. d. die Dominica qua cantatur, Esto mihi (den 14. Februar.) anno 1328.

Uniuersis ad quos peruenerit presens scriptum. Henricus Dei gracia Magnopolensis Stargardensis & in Rozstoch dominus Salutem in Domino sempiternam. Ad habendam rerum gestarum fidelem memoriā, scripturarum & testium Ventes subsidiis, notum fore cupimus tam presentibus quam futuris, Nos matura deliberatione prehabita, de consensu nostrorum heredum ac fidelium nostrorum Consilio viro discreto nobis dilecto Johanni dicto Roden, Consuli & Cui in Rozstoch, & suis ueris heredibus & agnatis, pro mille marcis denariorum usualium nobis integraliter persolutis dimisisse iusteque & rationabiliter uendidisse, & presentibus contulisse, integram piscaturam nostram fluminis Warnowe, inter Rozstoch & Swan, secundum ascensum & descensum in distinctis metis, prout inter murum Rozstoch, & pontem Sywan in longum & profundum se extendit, ac infra distinctiones & terminos suos iacet, cum integra proprietate, & omnimoda libertate, Cum omni Jure & Judicio maiore & minore cum omnibus fructibus & Vtilitatibus, ac Vniuersis suis attinentiis, ac eo iure quo Antecessores nostri & nos, eam habuisse dinoscitur ab Antiquo, sine omni genere seruitutis, aut quolibet onere inde exigendo, optinendam perpetuis temporibus & pacifice possidendam. Preterea bono animo conferimus eidem Johanni & suis heredibus & agnatis, plenam potestatem, prefatam piscaturam, in toto uel in parte uendendi, donandi obligandi, alienandi, & in pios Vtus tam Spirituales quam temporales seu seculares diuertendi, & faciendi cum ipsa piscatura quicquid sue fuerit Voluntatis, nostro ac heredum seu successorum nostrorum consensu minime requisito. Contradictione etiam nostra, & heredum ac successorum nostrorum, seu quorumlibet hominum, in hujusmodi alienationibus factis seu faciendis uilatenus non obstante. Inhibemus insuper omnibus & singulis Causa nostri aliquid facere vel dimittere uolentibus, ne

e

pre-



predictum Johannem seu eius heredes & agnatos, in predicta piscatura, seu eius attinentiis omnibus & singulis, & ejus fruicione libera & possessione pacifica impediunt, inquietent quomodolibet seu perturbent, Promittimus etiam dicto Johanni & suis heredibus & agnatis quod ipsos in dicta piscatura, ab omni homine & Vniuersitate fideliter defendere volumus, & legitime disbrigare, Renunciantes quoque omnibus iuribus & occasionibus, quibus presens dimissio Vendito & collatio, per nos, aut nostros heredes, seu quoslibet nostros successores, possit infringi, seu quomodolibet irritari. Huius rei Testes sunt, honesti Viri & discreti nobis dilecti, Thidericus Clawe, Nicolaus de Helpeden, Nicolaus de Axekowe, milites, Arnoldus Kopmann, Hetmannus de Wokrente, Johannes Pape, Hermannus de Lemhus, Gerwinus Wylde, Engelbertus de Bomgarden, consules in Rozstoch, Ceterique omnes & singuli Consules ibidem, & quam plures alii fide digni, vocati ad hec specialiter & rogati. In cuius rei lucidius Testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum & datum in Rozstoch, Anno dominice Natiuitatis Millesimo Trecentesimo Vicelimo octauo, Dominica die qua cantatur Esto mihi in Deum protectorem.

Num. 23.

Albrecht Herr zu Mecklenburg, verleihet dem Rath

zu Rostock die Precarie des Dorfes Barnstorff. d. d. crastino S. Laurentii
Martyris (Mittwoch den 11ten August.) anno 1333.

Nos Albertus, dei gracia Magnopolensis Stargardie & Rozstoch dominus presencium tenore recognoscimus lucide protestantes quod nobis familiaribus & dilectis Consulibus ciuitatis Rozstoch ad resignacionem discreti viri Hinrici Frisonis consulis ibidem heredumque fratris ejusdem videlicet Theodorici quondam Consulis ibidem pie memorie dimittimus & presentibus conferimus totam & integram precariam super villam Bernstorppe cum omni iudicio videlicet maiore & minore ac utilitatibus eorundem absque omni seruitio sicut ipsam precariam & iudicium manus scilicet manus & colli ac minus videlicet sexaginta solidis & infra dilectissimus pater noster dominus henricus memorie felicitis nuper dicto hinrico frisoni bone memorie suisque heredibus dimisit & concessit prout literis ejusdem patris nostri super hoc confecto plenius protestantur. Inhibemus igitur omnibus nostris aduocatis & officialibus ne dictos consules nostros in precariis quociens ipsas pectierimus & iudiciis omnibus aggravent aliquantulum vel molestant sed magis ipsas precarias & iudicia cum eorum utilitatibus omnibus & singulis dictorum consulum & ciuitatis nostre rozstoch vsibus sequi permittant ordinandis. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt wyperus Lutzow, Henricus de Barnekowes, Johannes de Plesse, & Nicolaus de Helpede milites nostri ac alii plures fide digni. Datum rozstoch anno domini M. CCCXXXIII. crastino sancti laurencii martiris.

Num. 24.

Schuld-Verschreibung Herrn Albrechts zu Mecklenburg

der Stadt Rostock auf 60 $\frac{1}{2}$ fl. ertheilet, mit den Beisügen, daß dieses Geld von den auf Ostern betragten Herrschaftlichen Gefällen (Steuern)

aus besagter Stadt, wieder erlegt werden solle. d. d. in crastino decollationis
beati Johannis baptiste (Freitags den 30. August.) anno 1336.

Nos Albertus, dei gracia Magnopolensis Stargardie & Rozstoch dominus vniuersis presencia visuris recognoscimus lucide protestantes quod discreti viri consules ciuitatis rozstoch nobis dilecti nobis conquiserunt ac pro nobis exposuerunt pro sumptibus expensarum aliisque nostris necessariis warnemunde & rozstoch cum de reysu sweecie veniebamus consumptis. LX. marcas cum dimidia denariorum rozstochensium quos ipsi de exactione in festo pasche nunc proxime futuro uobis danda gratanter defalcabimus ac presentibus defalcamus in cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M. CCC. XXX. sexto in crastino decollationis beati Johannis baptiste.

Num. 25.

Num. 25.

Albrecht Herr zu Mecklenburg schenket dem Rath zu Rostock das Jus patronatus über die Schulen zu S. Marien daselbst. d. d. Die Pentecostes (Den 8ten Junij) anno 1337.

Albertus dei gratia Magnopolensis Stargard & Rozstock dominus. Omnibus ad quos presentia peruenierint cupimus fore notum ac infra scripte rei & eterne lucidam constare veritatem. quod discretis ac honorabilibus viris dilectis nobis consulibus ciuitatis nostre Rozstock ipsorum benemerita & gratuita opsequia nobis per ipsos impensa & ut vehementer presumimus inantea impendenda non modicum attendentes jus patronatus scholarum sancte marie dicte ciuitatis nostre Rozstock, cum omni proprietate, cum ipsas per resignationes uel per mortem domini Meynardi rectoris ecclesie in Zywan nunc scolastici earundem vacare contigerit. de beneplacito & consensu dilecti fratris nostri Domicelli Johannis. Accedenteque nostrorum consiliariorum consilio. Donauimus & contulimus & nichilominus donamus & conferimus in his scriptis. libere & pacifice perpetuis temporibus quociens vacauerint possidendum, nihil penitus in premissis nobis aut nostris successoribus retinentes. Dantes & concedentes eisdem consulibus plenam & liberam facultatem presentandi. v. l. alias de premissis scolis disponendi & ordinandi, prout ipsis melius & utilius videbitur expedire. Testes huius sunt. Bolto Hasenkop. Nicolaus de Helpede, Otto Dewitze Johannes moltke. Rauen Barnekow milites. Johannes Rodekoghele. Johannes Cropelin. Proconsules nostre ciuitatis Wismarie. & consiliarii nostri fideles vna cum Bertoldo roden. nostro dilecto prothonotario nec non quam alii plures fide digni. In cuius rei euident testimonium presentem literam. superdictam donationem nostram eis traditam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Datum & actum Wismarie in curia nostra. Anno domini M. CCC. XXX. septimo ipso die festo Penthecostes.

Num. 26.

Albertus Herr von Mecklenburg versichert dem Rath der Stadt Rostock allen Beystand, so Ihnen wegen der, Ihm geleisteten Landfolge, vordnöthigen seyn dürfte. d. d. die pentecostes (Den 8ten Junij) anno 1337.

Nos Albertus, Dei gracia Magnopolensis Stargardie ac Rozstock dominus recognoscimus tenore presentium lucide & testamur. Quod cum discreti viri consules nostri Rostocenses nobis in reyla qua iuxta affinium nostrorum suasiones & consilia nostros vasallos inter se bellantes compescere & componere nicebamur fideliter nobis adheferunt consilia nobis salubria & auxilia ad hec impendendo. Promissimus eisdem & promittimus per hec scripta quod in omnibus necessitatibus & damnis consulibus dicte ciuitatis vel ciuibus aut bonis eorum ratione dicte reyle aduenturis ipsis vice versa videlicet astare volumus & eos ab his pro nostra possibilitate eripere quando nos duxerint requirendum. Testes sunt fideles nostri Otto de Dewitz, Johannes Moltke & Nicolaus de Helpede milites & plures alii fide digni. Datum Wismarie. Anno domini M. CCC. XXX. septimo. Ipso die pentecostes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Num. 27.

Albertus Herr zu Mecklenburg verleihet das Dorf Polchow mit aller seiner Zubehör zu einer Vicarie in unser lieben Frauens Kirche zu Rostock, deren Jus patronatus den Fürsten vorbehaltenlich. d. d. feria quinta proxima ante Dominicam Oculi mei semper ad Dominum (Donnerstags den 16ten Martii) anno 1340.

Vniuersis Christi fidelibus ad quos peruenierit presens scriptum Albertus dei gratia magnopolensis Stargard, & Rozstock dominus. Salutem in domino sempiternam, Tenore presentium lucide recognoscimus protestantes, Quod nos viris discretis, do-

minis, Jobanni, Hermanno, dictis lizen, ac jacobo de Rozstock, presbiteris, contulimus & dimissimus Voluntate spontanea, totam villam Polchowe intra rozstock & ziwon scam, quam quondam hinricus de rozstock suis bonis comparaverat, ad instaurandum de ipsa pro anime sue salute, vicariam perpetuam, cum omnibus suis terminis distinctiuis sicut in longum, latum, altum, & profundum se extendit, cum agris, cultis, & incultis, pratis, pascuis, lignis, cespribus, aquis, uquarumque decursibus, viis, & inviis, cum omnibus suis attinentiis, fructibus; utilitatibus & libertatibus, cum omnibus precarijs, cum iudicio maiori, videlicet manus & colli, ac minore, videlicet sexaginta solidorum & infra, cum tota proprietate, absque omni seruiicio, quocunque etiam nominetur nomine, perpetuis temporibus possidendam. Nos igitur cultum diuinum ampliari cupientes & crescere, deuotione iugenti quam predictum hinricum de rozstock felicitis memorie ad dotationem memorate vicarie intelleximus gerere, cum viueret, considerata, in remissionem peccaminum animarum Progenitorum nostrorum, nostre, heredum nostrorum, nostrorum, nec non principaliter ob salutem anime sepe dicti hinrici de rozstock, damus & dotamus Villam prefatam cum omnibus premissis conditionibus, libertatibus, & utilitatibus ad vnam vicariam in ecclesia beate virginis in rozstock, per eundem hinricum de rozstock, fundatam, perpetue duraturam, Ita videlicet, quod ius patronatus conferendi, & presentandi personam ecclesiasticam ad eandem vicariam, ad dominum Johannem lizen presbiterum, & Johannem roden consulem in rozstock quam diu vixerint, pertineat, Quibus decedentibus, continuo prefatum Jus patronatus ad nos, heredes, & successores nostros, & precipue ad dominum terre rozstock, transferetur, media condicione tali, quod nos, heredes, & successores nostri, in dominio rozstock infra mensem post obitum vicarii ad ipsam vicariam presentati, sacerdotem aut alium qui infra annum post obitum vicarii antecedentis continuum, in sacerdotem promoveatur, ad eandem vicariam debeamus presentare, Quod si neglexerimus & distulerimus ultra tempus jam scriptum, Episcopus Zwerinensis personam idoneam ad ipsam vicariam pro tue presentabit. Jure patronatus nichillominus, Nobis, heredibus, & successoribus nostris, ut predictur, perpetue reseruato. Decreuimus Insuper de voluntate & consensu presbiterorum predictorum, ut singulis annis, die clementis, vigilie, & die sancti Crisogoni due misse, pro commemoratione animarum predictarum, peragenda, obseruentur, pro qua commemoratione, plebanus sancte marie in rozstock, una marca, suisque tribus Capellanis, sex solidi & Custodi ecclesie ibidem duo solidi, ac quatuor marce cum dimidia in usus pauperum de consilio plebani distribuende, de redditibus ville predictae, per ipsum qui pro tempore vicarius fuerit, in predicta villa & eius attinentiis omnibus, ac fruiione ejus libera, & possessione quieta Impediant seu molestant, Ut autem omnia prescripta robur, perpetue firmitatis obtineant, has literas sigilli nostri munimine de consensu consiliariorum nostrorum fecimus communiri In testimonium premisorum, Datum rozstock anno Domini millesimo, trecentesimo quadragesimo, feria quinta proxima ante Dominicam, Oculi mei semper ad dominum, Testes sunt fideles nostri, Otto de dewitze, Nicolaus de helpe, Albertus warborch, Eghardus hardenacke, lippoldus bere, henningbus de godenswegbene, milites, Sabellus de helpe, dapifer, & bernardus alkun, prothocamerarius, nostri, pluresque ceteri fide digni.

Num 28.

Alberti und Johannis Herzogen zu Mecklenburg
 Confirmatio sämmtlicher der Stadt Rostock ertheilten Privilegien, nachdem Sie zuvor die Huldigung geleistet und den Eyd der Treue abgelegt hatte.

d. d. feria secunda post Dominicam circumdederunt me (Montags den
 18ten Februar.) anno 1348.

Nos Albertus & Johannes, dei gracia, Duces Magnopolenses, Comites Zwerinenses, Stargardensis & Rozstock terrarum domini. Notum fore cupimus uniuersis publice presentibus profiteri, quod postquam dilecti & fideles nobis consules & communitas ciuitatis Rozstock homagium & iuramentum fidelitatis nobis prestiterunt, nos propter eorum bene merite & fidelitates, circa nos & progenitores nostros sepius exhibita, de bona voluntate nostra ac nostrorum heredum adhibitoque consiliariorum ac vasallorum nostrorum pleno consilio & consensu, innouamus, approbamus & confirmamus

mus

mus, ac presentibus innouamus, approbamus & confirmamus omnia & singula priuilegia, literas, iura, iudicia & libertates, a dilectissimis patribus nostris ac a nobis, ipsis consulibus vel toti communitati ac singularibus personis consulum & ciuium, quod eisdem, priuilegiis, literis, iuribus, iudiciis & libertatibus integre, libere & pacifice in perpetuum uti & gaudere debebunt prout ipsis ab antiquo & a prima fundatione ciuitatis Rozstockensis in hodiernum diem sunt gauisi. Promittimus quoque firmiter in his scriptis, quod nunquam predictos consules vel communitatem aut singulares personas de consulatu vel communitate predicta in eorum bonis, libertatibus, priuilegiis, literis, iuribus, & iudiciis Lubicensi aut Zwerinensi intra ciuitatem vel extra eam, ubicunque locorum, in villis, agris, mansis aut curiis, terris & possessionibus aut aliis rebus gravare, perturbare seu impedire debebitus per nos vel per alios, publice vel occulte, sed potius ipsis efficacis defensionis presidio, ad quecunque nos necessarios & requisitos habuerint, assistere eosdem ab omnibus insultibus iniuriis contra quoscumque fideliter tueri. In quorum maioris roboris firmitatem presentes literas fecimus nostris sigillis roborari. Testes hujus sunt fideles nostri Otto veregge, Mathias axkow, Milites, Magister Nicolaus Reventlow, Cancellarius, Henninghus de Stralendorp, & Otto Veregge, Famuli, ac alii quam plures fide digni. Datum Rozstock anno domini M. CCC. XLVIII. feria secunda post dominicam circumdederunt me.

Num. 29.

Albrecht Herzogen zu Mecklenburg Confirmatio
sämmtlicher Rostockschen Priuilegien, nachdem Sie zuvor die Huldigung geleistet, und den Eyd der Treue abgelegt hatten. d. d. feria quinta ante
Dominicam Judicae me Dominus (Donnerstags den 26ten Martii) anno 1349.

Nos Albertus dei gracia Dux Magnopolensis & Stargard. ac Rozstoc. tertarum dominus. notum fore cupimus vniuersis presentibus publice profitentes, quod postquam dilecti & fideles nobis. Consules & communitas ciuitatis Rozstock. *Homagium & iuramentum fidelitatis nobis prestiterunt.* nos propter eorum benemerita & fidelitates circa nos & progenitores nostros sepius exhibita, de bona voluntate nostra, adhibitoque karissimi fratris nostri domini Johannis ducis Magnopolensis ac heredum consiliariorum ac vassallorum nostrorum, pleno consilio & consensu, innouauimus, approbauimus & confirmauimus ac presentibus innouamus, approbamus & confirmamus. Omnia & singula priuilegia literas, iura, iudicia, & libertates, a dilectissimo patre nostro domino henrico. recolende memorie, & progenitoribus seu quibuscunque antecessoribus nostris, ac a nobis ipsis Consulibus vel toti communitati in Rozstock. seu singularibus consulum aut ciuium ibidem personis, concessa & indulta. Concedentes nichilominus & dantes eisdem consulibus totique communitati ac singularibus personis consulum & ciuium, quod eisdem priuilegiis iuribus, iudiciis, & libertatibus integre libere pacifice & in perpetuum uti & gaudere debebunt, prout ipsis ab antiquo, & a prima fundatione ciuitatis rozstock usque in hodiernum diem sunt gauisi. Promittimus quoque firmiter in his scriptis quod nunquam predictos consules, vel communitatem, aut singulares personas de consulatu, vel communitate predicta, in eorum bonis, libertatibus, priuilegiis, literis, iuribus & iudiciis lubecensibus aut Zwerinensibus intra ciuitatem vel extra eam, ubicunque locorum in villis agris, mansis, aut curiis, terris & possessionibus, aut aliis rebus, grauare, perturbare, seu impedire debebitus, per nos vel per alios, publice vel occulte sed potius ipsis efficacis defensionis presidio ad quecunque nos necessarios & requisitos habuerint assistere eosque ab omnibus insultibus iniuriis contra quoscumque fideliter tueri. In quorum maioris roboris firmitatem, presentes literas, fecimus nostro sigillo roborari. Testes huius sunt fideles nostri, Eghardus de bybowe, Raou barnekowe milites, Bertoldus rode cancellarius noster, Hinricus de bulowe & Bernardus alxin famuli ac alii quam plures fide digni. Datum rozstock Anno domini Millesimo CCC quadragesimo nono, feria quinta, ante dominicam Judicae me deus.

f

Num. 30.



Num. 30.

Johannis Herzogen zu Mecklenburg Bestätigung der Rostochschen Privilegien nach eingenommener Huldigung, d. d. feria secunda post quasimodogeniti (Montags den 20ten April)

Anno 1349.

Nos Johannes Dei gratia Dux Magnopolensis & Stargard. ac Rostock: terrarum Dominus notum fore cupimus universis presentibus publice profitentes, quod postquam dilecti & fideles nostri Consules & communitas ciuitatis Rostoch nobis homagium & iuramentum fidelitatis prestiterunt, nos propter eorum bene merita & fidelitates circa nos & progenitores nostros sepius exhibita de bona voluntate nostra, adhibitoque carissimi fratris nostri Domini Alberti Ducis Magnopolensis ac heredum consiliariorum & vasallorum nostrorum consilio & consensu plenario innovavimus approbavimus & confirmavimus ac presentibus innovamus, approbamus & confirmamus omnia & singula privilegia, literas, jura, judicia & libertates a dilectissimo patre nostro Domino Hiarico, recolende memorie ac a fratre nostro predilecto Domino Alberto & progenitoribus seu quibuscunque antecessoribus nostris ipsis consulibus vel toti communitati, in Rostoch, seu singularibus consulibus aut civium ibidem personis concessa & indulta. Concedentes nihilominus & dantes eisdem consulibus totique communitati ac singularibus personis consulum aut civium predictis, quod eisdem privilegiis, juribus, judiciis, libertatibus & literis integre, libere & pacifice perpetuis temporibus uti & gaudere debebunt, prout ipsis ab antiquo & a prima fundatione civitatis Rostoch usque nunc sunt gavisi. Promittimus quoque firmiter in his scriptis quod nunquam in perpetuum dictos consules vel communitatem aut singulares personas de consulatu vel communitate predicta, in eorum bonis, libertatibus, privilegiis, literis, juribus & judiciis Lubecensis ac Zwerinensis intra civitatem vel extra eam ubicunque locorum in villis, agris, mansis, ac curiis, terris possessionibus, ac rebus aliis gravare, perturbare seu impedire debebimus per nos vel alios publice vel occulte sed potius ipsis efficacis defensionis presidio ac quecunque nos necessarios & requisitos habuerint, assistere, eosque ab omnibus injuriis insultibus contra quoscunque fideliter tueri. Inquorum majoris roborem firmitatem presentes literas duximus nostro sigillo roborandas. Testes hujus sunt fideles nostri, Eghardus de bybau, Ravo de Barnekowe milites. Bertoldus rode cancellarius fratris nostri predicti. Henricus de Bulow, Zabellus de Helpede & Bernhardus Alcin, famuli & alii quam plures fide digni. Datum Rostoch anno Domini MCCCXL, nono feria secunda post quasimodogeniti.

Num. 31.

Bündniß und Land-Friede zwischen den Herzogen Albrecht und Johann zu Mecklenburg und den Herrn Johann und dessen Sohn Nicolaus, Nicolaus und Bernhard Gebrüdere von Werle auf 5 Jahr errichtet, worinnen unter andern verordnet ist, daß die Stadt Rostock mit 60 gewafneten Männern zu Felde dienen solle. d. d. Sontags in St. Gallen Tage (den 16. Octobr.) anno 1351.

Wij Albert vnde Johann Brudere van godes gnaden. Hertogen tu Mecklenborch tu Stargard. vnd tu Rostok heren. bekennen vnd betugen. openbar in dessen breue. dat wy na rade vnser trewen man. maeket vnd louet hebben enen rechten steden lantfrede, med den eddelen Heren unsen liuten vedderen vnde bulen Johanne vnd hern Clawese sinen sone. Clawese und bernard Bruderen heren tu werle. in deser wys alse hir na screuen steit genzliken tu holdende also dat en ierwelf here seal

scal like dun des anderen mannen vimme scult vnd scaden. dar men en vinnre
 tu sprekt an deffer wys, dat de heren scolen louen erer sake erer manen
 twen. und en ierwelf man de se anclaget erer vrunden twen. de scolen se vnt
 scynden med minne edder med rechte, oft se konen. were dat se des nicht dun
 kunden so scole wy hertoge Albert von Mecklenborch se vntscynden mid minne
 edder med rechte de minne tu spreken vt erer beyde munde. Hir scolen vnse
 man an beyden siden sik an genugen laten. Vnd wy loggen af vnd vorbes
 den. rof brant vnde vengnisse an beyden siden in vnser Landen al vnser
 mannen. bi al erme gude. Wer ouer innich in vnser Landen de Rouende
 edder Brande edder wen venghe, wes man dat deden. vt sine Lande vnd
 sloten. de here scal den scaden wedder leggen. also verne alse des mans gut
 fehret vnd scal den man tu nenen gnaden nemen he en hebbe erst den scaden
 gengliften wedderlecht. Vnde vnser nen scal en in sin lant steden. de scade
 si wedder dan, Wer of dat he hedde veste edder sine vrunt en vnthelden
 vp eren vesten. Dar scal de herr vor thin in wes Lande dat is. vnde dar
 scolen en de anderen heren tu helpen. vp ere eygene kost. vnde wy Albert
 vnd Johan. Hertogen tu Mecklenborch scolen volgen met hondert mannen
 med helmen. vnd wor is nod is med twen bliden vnd twen werken. Vnd
 de heren van werle vorbenumer scolen of volgen med hondert mannen med
 helmen. vnd med twen bliden und twen werken. Vnd de stede scolen of vol
 gen. vp welf egge der Lant des nod is. vp ere eygene kost. de van Kostok
 med seftich mannen gewapentde. van der wifmer med vertegen. de van
 sternberch med twintegen, de van Gneuesinolen med teynen, de van
 Godebutze med teynen. de van Gnoyen med teynen. de van
 Ribbenitze med Teynen. de van baard med Teynen. De van branz
 denborch med druttegen. de van vredeland med twyntegen de van
 lychen. med teynen. de van parchen med vertegen. de van Gusto
 row med twintegen. de van Kobele med teynen, de van warne mit
 twintegen. de van penzelyn met teynen. de van Malchin med drut
 tegen, de van Teterow med teynen. de van Malchow med teynen. de van
 plawe med teynen. de van der lawe med vyuen. de van dem
 Nyen Kalande med teynen. Vortmer de of al rede rouet hebben. vnd
 nicht like dun willen. de en scolen nergene vrede. genyten in alle vnser lan
 den. Se en scal of nen here, man edder borger veyligen vp dage edder in
 sloten. wor men se begript dar scalme se vp holden, dar scal en den anderent
 tu helven. vnde scal en dun dat recht is. ane broke. Vortmer welf here
 edder de sine erer welf allene vp hilde edder nedderfluge dar scal he nenen
 broke an hebben. Vnd scal en na wyinnen alse desse lantfrede hese. Of wor
 men scutten in vnser Landen riden sut. de scal upholden bede houeman vnd
 Wyr. wer dat de scutten sik werden. wy se nedder fluge de scal dar nenen
 broke an hebben. ane de scutten de bi den heren vnd ehren amtluden riden,
 de neme wy dar vt. vnd en ierwelf here scal sine man bi rechte laten. Vort
 mer scal en ierwelf man veylich volgen sine scaden. vnd scal eschen hulpe an
 den heren in wes Lande dat geschege. vnd an sinen vogeden vnd steden. vnd
 der hulpe scalme en nicht weygeren. vnd scal em helpen altu hant oft me



mach, vnd desse hulpe scal me binne achte Dagen io dun. Wer of, dat
 welck rouer edder misdeder worde vp gehalten. den scal me wynnen als dus.
 de guden lude en den anderen sulf drudde. de borgere sulf veste, de bwr sulf
 seuende, Wert euer en bedderueman beclaget an beyden siden an vnser lan-
 den vmmē Hof Brand edder iengerleyn misdat de mach sik des weren med
 Twelf vnberuchten bederuen luden vnser man. Sunder en beruchtet
 man. Dat landen luden vnd steden wittlike is dat he vndat dan heft descal
 der were nicht genyten mer men scal en wynnen alse vorscreuen is, Wero of
 dat sik iennichman leddegede med rechte alse screuen is, vnde id na wittlike
 worde, heren vnde guden luden. dat he med sienen hulperen vnrecht gestwo-
 ren. hadde, de scal med al sinen hulperen nenes rechtes mer genyten vnd scal
 se holden vor misdedege lude. Vortmer wer dat de herren van werle vns
 beculdegen wolden dat wy mede beweten scolden rof edder brant. de schege
 in eren landen, so scole wy en tu rechte stan. tu deme Sternberge vor vn-
 sen man heren Rauene vom barnekow. dar na binnen vyrtweynten wen-
 se vns vorclagen. Do gelik scolen de vom werle vns wedder dun vmmē so
 dane sake tu Gusterow vor Clawes hanen. na der tid, alse vorscreuen is.
 Of scal nen man, samelinge edder nedderlage hebben an beiden siden in vnser
 landen. an Closteren an dorpen. edder an Gude, sunder vnse eygene reyse
 vnde treke, dede we darbouen, dar scalme mede varen alse roues recht is.
 Wy heren an beyden siden. vnse vagede vnde ratlude in den steden scolen
 nene rouere, vnd misdere leyden vnd veyligen in steden vnd in sloten, mer
 wor me se begript dar scal me se vpholden vnde richten na desseme lant-
 frede, Vortmer worden of nye slote gebuet edder weren se alrede gebuet an
 vnser Landen edder vp vnser lantseynde, edder ienghe veste ieghen vnser ved-
 deren vnde bulen wille. vanwerle, edder wedder vnser willen, de scole wy
 breken. kune wy des nicht dun. vnse vedderen vnd bulen scolen vns helpen
 dat se gebroken werden, vnde wy scolen en wedder helpen. Worden of vn-
 ser manne welck. borgere edder bwr an beyden siden gevanghen an vnser
 lant. de gevoret werden an ens anderen heren lant edder slote, de in desme
 lantfrede nicht begrepen is. Des heren vnd der hener de en venghen vnd vn-
 thoiden, scole wy vyende werden, vnde volgen vp se. also lange went de
 vangene los worden oft wy si med minnen nicht mogen van en bringen.
 Dat wy alle desse dink. veder vns stede vnde gang. van nu desser lnd.
 vort ouer vyf Jar. holden willen. dat loue. wy Albert vnde Johan Hertog-
 gen van Mecklenborg. den eddelen heren. Johanne. vnd Clawese sine Sone
 Clawese vnde Bernard bruderen heren tu werle. vnser liuen vedderen vnde
 bulen en truhē vnde hebben deffen bref tu merer bethugnige besegelt med
 vnser heymeliken ingesegelen. De gegheuen vnde screuen is tu deme Stern-
 berge. Na godes bord drutteinhundert iar in deme en vnde vestegesten
 Jare des Sondages in sunte gallen Daghe.

Num. 32.

Num. 32.

Urkunde Alberti Herzogen zu Mecklenburg, wodurch er der Stadt Rostock die völlige Gerichtsbarkeit so wohl in der Stadt, als auch auffer derselben, so weit als ihre Mark-Scheide gehet, für 2000 Mark rost. Penn. überlässet, wie auch wegen Aufhebung der Appellationum nach Lübeck.

d. d. in vigilia beati Andreae Apostoli (Donnerst. den 29. Novembr.) anno 1358.

Nos Albertus, Dei gracia, Dux magnopolensis, ac Stargard & rostock dominus. Omnibus ad quos presenciam peruenerint, cupimus fore notum ac infra scripte rei & eterne, lucidam constare veritatem, quod discretis & honestis viris, nobis fidelibus & dilectis, Consulibus & communitati ciuitatis nostre rostock presentibus & futuris, de nostrorum heredum ac consiliariorum omnium pleno consilio & consensu, vendidimus racionabiliter & dimisimus, ac presentibus vendimus & dimittimus omnino, pro duobus milibus marcarum rostockensium denariorum, nobis per eosdem consules & communitatem, in parata pecunia integraliter, numeratis, traditis & persolutis. Totum & integrum iudicium nostrum, maius, ac medium & minus & jus ad ipsum pertinens, ac iurisdictiones ciuitatis nostre rostock predicte, tam intra eandem civitatem quam extra in terris & in mari circumquaque prout in suis terminis & campi spaciis, vulgariter markeschede dictis se extendunt, cum omnibus & singulis suis excessibus, dilectis punitionibus, correctionibus & remissionibus, utilitatibus fructibus, proventibus & libertatibus ac aliis attinenciis uniuersis ad ipsos spectantibus nullis penitus exceptis, in agris cultis & incultis, siluis, lignis pratis, paschuis, campis, cespitibus nemoribus aquis aquarumue decursibus viis & inuis semitis rubetis, piscariis, paludibus & mansis, domibus mansionibus & kotis perpetuis futuris temporibus libere & pacifice, prout nos & antecessores ac progenitores nostri, predictum iudicium maius, medium & minus ac ius & iurisdictiones cum excellibus delictisque ex eis prouenire potentibus & prouentibus ac punicionibus & correctionibus cum omnibus suis attinenciis fructibus obuencionibus & emolumentis in longum latum, altum & profundum, habuimus tenuimus & possedimus, & sicut ad nos & nostros antecessores ac progenitores hucusque spectabant, Per eosdem Consules & communitatem tenenda habenda & possidenda, nihil penitus nobis, aut nostris heredibus seu successoribus in eisdem iudicio maiori medio & minori, iure, iurisdictionibus excessibus, delictis, punicionibus, correctionibus & remissionibus, ac singulis ad ea spectantibus reseruantes, Adiciimus etiam quod dicti consules & eorum in perpetuum successores, licite poterint prohibere, omnes appellationes faciendas & interponendas, ad consules in Lubeke, a quibuscunque diffinitionibus pronunciationibus & sentenciis, per eosdem consules rostockenses dandis & ferendis, & eas etiam quandoocunque & quociencunque ipsis placuerit in omnibus causis generalibus & specialibus admittere & prohibere prout eorum fuerit arbitrii commodi & voluntatis, Promittimus quoque prefatis Consulibus & communitati omnium premissorum warandiam dici & anni, In quorum efficacius testimonium, presentes literas nostri sigilli appensione fecimus communiri, Testes huius sunt, fideles nostri Johannes Lütow & Hinricus stralendorp, milites, Vicke de Bulowe & Bernardus Alkam famuli, ac Bertramus Bere cancellarius noster, & alii plures fide digni, Datum Wysmar, Anno Domini, millesimo, CCC, quinquagesimo octavo, In vigilia beati andree apostoli.

Num. 33.

Diploma worin Albrecht Herzog zu Mecklenburg der Stadt Rostock seine Münze daselbst für 800 Mark Rostock. Pfenn. überlässet.

d. d. Dominico Die infra octavas festi corporis Christi (ist der 30te May.) anno 1361.

Albertus dei gratia dux magnopolensis, Comes Zwerinensis Stargard ac Rostok terrarum dominus, Vniuersis ac singulis christi fidelibus presenciam visuris seu audituris salutem in domino sempiternam, Vestris gratuitis ducti seruiis & beneficiis quibus nos & progenitores nostros sepius honorare, ac nobis hactenus

DE MISE

g

fideliter

fideliter seruire curastis, nec non precibus ciuitatis nostre Rozstok ac totius dominiij eiusdem
 fauorabiliter inclinati, vobis dilectis nobis consulibus, ac uniuersitati nostre ciuitatis roz-
 stok, ex omni & pleno consensu nostrorum heredum, ac expresso consilio omnium nostrorum
 fidelium consiliariorum dimisimus, ac vendidimus & auctoritate presencium dimittimus ac
 vendimus pro octingentis marcarum rozstoccensium denariorum nobis integre persolutis tra-
 ditis & numeratis ac in vsus nostros conuersis. Totam monetam nostram & quicquid in ea
 habuimus vel habere possemus tempore in futuro ibidem, cum omnibus fructibus, & utili-
 tatibus, cum campuris ac libertatibus, nec non cum omnibus aliis attinencijs suis ad ipsam
 spectantibus temporibus perpetuis iure hereditario optinendam, Et ad usus
 vestros ac ciuitatis nostre predictae nec non totius terre nostre rozstoccensis
 plenarie disponendam, Nihil nobis nostris heredibus & successoribus in ea reseruantes,
 Ita quod, quodocumque quociescumque & ubicumque vobis & successoribus vestris placue-
 rit, denarios rozstoccenses sub quocumque pondere volueritis, tam leues quam graues & bo-
 nos seu malos, absque quolibet metu & omni vara, pro omnibus vestris commodis, pro-
 fectibus & utilitatibus eudi seu fabricari facere poteritis ac quociescumque & quodocumque
 vobis & successoribus vestris compeierit innouare, & novos denarios facere fabricari, ac
 cum eadem moneta libere facere & dimittere quicquid vestre fuerit voluntatis, Hoc etiam
 adiicientes quod nusquam locorum extra ciuitatem nostram rozstok, in districtu dominiij no-
 stri rozstoccensis utpote in Ribbenitz, Sulta, Marlow, Tessin, Cropelin, Warnemunde,
 ac precipue etiam extra territorium rozstok, videlicet Gnoyen, & Zywan, ac in omnibus
 vilis vel in advocatijs aut in terminis dictarum ciuitatum vel oppidorum omnium & singulo-
 rum & generaliter in omnibus locis dicti dominiij nostri Rozstok aut Gnoyen, seu Sywanen-
 sis tam in terris quam in aquis seu in mari aut in castris quibuscumque unquam denarij de
 cetro debeant per quem piam fabricari. Nec aliquis potiri debet alijs denarijs in premis-
 sis ciuitatibus, opidis advocatijs & villis, quam quibus vos & vestri in perpetuum successores
 uti vel frui volueritis in dicta ciuitate nostra rozstoccensi, sed denarii quos fabricari fece-
 titis ubique locorum per totum dominium nostrum rozstoccense predictum, ac Gnoyen, &
 Zywanens, terras seu advocatias debent recipi absque nostra nostrorumque heredum &
 successorum ac cuiuslibet hominis contradictione. Preterea nullus hominum cuiuscumque
 auctoritatis condicionis & status fuerit debet cadere vel facere fabricari aliquos denarios
 sub moneta vel valore monete rozstocc. in dominio nostro toto vel comitatu nostro Zve-
 rinensi ubicumque. Insuper si quisquam maliciose de quocumque esset dominio malos aut
 falsos in nostram ciuitatem rozstok apportauerit denarios & illos sub specie denariorum in
 rozstok fabricatorum erogare ausus fuerit & in hoc in dicta ciuitate nostra rozstok aut ipsius
 proprietate deprehensus fuerit manifeste, super illum iudicari debet prout vestrum jus exi-
 git iurisdictione. Ceterum quicumque ex aliorum dominorum terris aut dominijs alienos de-
 narios communiter ibidem currentes dummodo non sint falsi in ciuitate nostram rozstok
 apportauerit sepeditam, hij recipi poterunt inibi secundum suum volorem. In quorum eui-
 dencius testimonium nostrum sigillum majus ex certa nostra sciencia presentibus est appen-
 sum. Testes hujus sunt Vicko de Stridvelde, & Johannes de Todendorpe milites dicti
 Molteken, Bernardus Alkum camerarius, Bertramus Kule coquinarius, Hermannus Kerc-
 dorp, Grubo Veregghede famuli ac Johannes Cropelin prothonotarius nostri fideles & alii
 quam plures fide digni. Datum rozstok anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo
 primo, dominico die intra octavas festi corporis christi.

Num 34.

Diploma wodurch Johannes Herzog zu Mecklenburg
 der Stadt und dem Lande Rostock die ihm geleistete Erbhuldigung erlässt,
 Sie an seinen Bruder Herzogen Albrecht verweist, und sich nach dessen und dessen
 Erben Abgang die Erbfolge vorbehält. d. d. des Montags nach dem Sonn-
 tage Mitfasten (Den 13ten Martii) anno 1374.

In Godes namen amen. Allen Christen luden de dessen Breess seer
 edder horen lesen, de nu jeghentwardig effte noch to komende sint,
 eweghen heyl an gode, Unde der Dind de gescheen sint bekenntnize
 der Warheit, wy Johan van Godes Gnaden, Hertoghe van Meck-
 lenborch to Rostock unde to Stargarde Here. Vare unde mit unsen erff-
 namen bekennen unde betughen openbare an deseme jeghentwardeghen breue,
 dat wy mit vullkommenen rade unde mit Vulbert Unser leuen truwen Rat-
 ghevere, unde mit ganzem willen unde beghelicheit Unse leuen truen, Bor-
 ghmestere Rathmanne Unde de mennheit der Stad to Rostok,
 unde de Manscop Un al de Stede in deme Lande to Rostok.
 alle Underdannheit hebben verlaten un vordregen und verlaten und
 verdregghen in deser tegenwardigen schrift der huldunge, Unde
 Ledde der truweheit de se Uns unde unsen rechten ersnahmen gedan
 hadden, und hebben. Dar wy se gangeliken quit leddigh unde los, van
 laten to ewyghen tyden, Unde wysen Unse vorbenomeden Borghmes-
 stere, Rathmanne, unde de menheit der Stat to Rostok unde der
 Manscop vnd al de andern Stede des vorbenomeden Landes to
 Rostok wedder to vnsene leuen brodere Herrn Alberte Hertogen
 to Mecklenborgh, Greuen to Zwerin, to Stargarde und to Rostoke
 Herre, unde an sine rechten ersnahmen, were it also, dat Got affkere, unde
 nicht en wille dat de vorbenomede unse leue broder, und sine Sones und ere
 rechten ersnahmen, sonder leen ervet vorstoruen, so schalen de vorbenomede
 Borghmestere, Rathmanne vnde de meenheit der Stat to Rostok,
 Und de Manscop vnd al de anderen stede in deme Lande, vnd
 dat lant to Rostok wedder to uns und to unsen rechten leen erff-
 namen komen, und an eruen, also als eruendes recht ist, to tughe deses
 Dind is vns ingeseghel henghet an deses Breess, de gheuen is to Rostok
 na gades bort druttein hundred Jar, in deme vere und soventegesten Jahre
 na deme Sondage, to mit Pastene des Mandaghes. Hirouer sint gewe-
 sen de nasschreuenen tughe, de Edle Herr Johann, Herr to Wenden, van
 deme Goltberge, und sinen nasschreuenen ratgevere Her Hinrick Smettere,
 Ridder, Wolhan syn Marscalk, Hinrick van Barnekowe, Alberten Scho-
 neueld und wulff Regendanke, Knapen. Bortmer de erwerdige Her Got-
 scalk Abbas vnd Herr Johann Keller van Doberan, Her Hinrick Archidia-
 ken van Rostok vnd herr Johann Schwalenberch, domhere to Zwerin,
 Herr Korde to Unser Browen, Herr Diederick to sunte Jacobe, Her Hel-
 molde to Sunte Clavs Kerkherrn to Rostok, Her Meister Mattheus Kaland,
 her Diederich van Kampen und Her Herman Cropelin Borghmestere to der
 Wyßmar, Albert wytte Borghmeister, und Lemcke Scroder, Rathmann to
 Ribbenize Unde dar to vele truwe werdeggher lude, de dar to laden, vnd
 gebeden weren.

Anhang zum Num. 34.

Johannis Herrn von Werle Zeugniß wegen der von Johann Herzogen zu Mecklenburg der Stadt und dem Lande Rostock geschenehen Erlassung der Erbhuldigung. d. d. Montags nach dem Sontage zu Mißfasten (den 13ten Martii) anno 1374.

Sy Johan van Godes Gnaden, here to Wenden, und to deme Goltberge bekennen und betughen openbare in desseme gegenwardighen Breve. Dat wy und mit uns unsen Leuen trutwen Radghevern und Man her Hinrich Schmecker, Ridder, Hinrich van Barnekow, unde Wulff Neghendanke knapen unde darto vele unser Man weren des Mandaghes na deme Sondaghe to myd vassen uppe deme Radhuse to Rostock, und seghen und horden: Dat unse leve Veddere Hertog he Johan van Mecklenborg to Rostock und to Stargard here vor sic und syne Erffnamen in gegenwardicheit syner radghevern und syner Mann. myt vryen willen unbedwungenen und myd wol beraden mode, vorlect Mundlicken, de Erwardighen Lude Borghermestere, Radmanne und de Manheit der Stadt to Rostocke unde vordruchen aller eede unde truwicheit. de se eme ghesdaen hadden. und wysede se. und de Manschop, und al de andern Stede in deme Lande to Rostock to syne Brodere unseme leuen Veddern hern Albrechte Hertoghen to Mecklenborg graven to zweryn to Rostock und to Stargarde here und to synen Erffnamen to ewighen tiden by em to blyvende, na lude syner breve de he en darup geshewen heft, und heet se eme Suldighen, do he se alle de Borghermestere Radmanne unde de Mannheit der Stad to Rostocke vorlaten hadde der Suldinghe und der eede. de se eme geschworen hadden. Hier weren aver vele erbaren Lude. Ridder und Knapen Leyen und Papen, gheistlick und Weltlick. de truwe un de Tughes wol werdig syn. To Tughe desses dinc is unse grote Inghes-Regel ghehenger an dessen Brev gheven to Rostock na Godes Wort dritteynhundert Jahr, in deme veer und Seventighstem Jahre, in deme sulveg Mandaghe. de vorbenomet is.

Num. 35.

Albrechts Herzogen zu Mecklenburg der Stadt Rostock ertheilte Versicherung, daß die von seinem Bruder Johann Herzogen zu Mecklenburg derselben erlassene und ihm außs neue zu leistende Erbhuldigung ihren Privilegiir unschädlich seyn solle. d. d. Montags nach dem Sontage zu Mißfasten (den 13ten Martii) anno 1374.

Sy Albert van Gades gnaden Hertoge tho Meckelnborg, Breve tho Zweryn tho Stargarden und tho Rostock here, bekennen und betugen apenbare in diesem Breve vor allen Luden de ene seen edder horen lesen vor Uns und vor alle Use Erven. Dat van alle den Breven de User stad to Rostocke. Usen leuen Borghermestern, Ratmannen. eder Borgeren. der vorbenameden stad to Rostocke. tosamende eder sunderlicken Personen. als Borghermestern, eder Ratmannen, eder Borgeren Jenighen von User Elderen eder Vorvaren jenighen, dem God gnedig sy eder von Us und Usen verbenenten Brodere tosamende, eder van Us Hertogen Alberte sunderlicken gegeben sindt, scal dorch de Erffschedinge willen, und vorlatinge, de Use leve Broder Hertoge Johan nu gedaen heft und deyt unde dorch der nyen Suldinge, de dar up schutt der Breve nyen gekrenket wesen, jenigerley Wyß. se en scholen alle und en jewelt all erer Macht bitven, also vorto Tuge desses dinghes is Use grote. Ingesegel. gehanger an dessen Brev, de gewen ist nach Gades Wort. Durteyn hundert Jahr in dem veer und seventigstem Jahre des Mondages na dem sundage to mißfasten. Tugen sindt Use leuen truwen. Vike Wolken van den Strietfelde Johan Wolteke von Totendorpe Claws Smecker. Warner von Arsekowe Riddere, und Johann Schwalenberg. Use Kenckelere, und vele Lude, de truwe werdig syn.

